

..[endo . . . . . | Thorax . . . . . | deri . . . . . | Histos : dum . . . . .  
 . . . . . | Caneon : sp . . . . . | noli tim . . . . . | ribus qu . . . . . |  
 Cerauniu . . . . .

*Carthagine (VIII S. 12501 vidit Schmidt). Res, quae videntur sacrae esse vel aliquo modo ad cultum pertinere, Graecis vocabulis enumerantur ex ordine litterarum Graecarum.*

### Sacerdotes publici populi Romani.

**4923** Iunoni<sup>1</sup> | Iuniae C. Silani f. | Torquatae<sup>2</sup> | sacerdoti Vestali | annis LXIII, | caelesti patronae, | Actius l.

*Romae in museo Vaticano, incertum quo loco rep. (VI 2128 vidit Henzen). —*

1) *Cf. supra N. 3645. 3123. — 2) Eidem Iuniae Torquatae positus est titulus VI 2127. Memoratur in titulis libertorum VI 20788. 20852 et a Tacito ann. 3, 69.*

**4924** Praetextatae Crassi fil.<sup>1</sup> | v. V.<sup>2</sup> maximae | C. Iulius Creticus | a sacris.

*Romae rep. exeunte a. 1883, cum regio fori a radicibus montis Palatini ad sacram viam detegeretur, in atrio Vestae, una cum multis aliis similibus basibus (VI 32409 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1883 p. 448). — 1) Filia ut videtur fuit M. Licinii Crassi Frugi consulis c. p. Chr. 64 et uxoris eius Sulpiciae Praetextatae (Tac. hist. 4, 42). — 2) Virgini Vestali.*

**4925** Numisiae L. f. | Maximillae | v. V. max.<sup>1</sup>, | C. Helvidius Mysticus | devotus beneficiis eius.

*Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32411 vidit Huelsen; Lanciani notizie 1883 p. 448). — 1) Eidem Vestali maximae positus est anno 201 titulus VI 2129.*

**4926** Terentiae | Flavolae | v. V. | maximae | Cn. Statilius | Menander | fictor v. V.<sup>1</sup>, | Cn. Statili | Cerdonis | fictoris v. V. | alumnus.

*Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32413 vidit Huelsen; Lanciani notizie 1883 p. 449). — 1) Idem homo posuit titulum mutilum VI 32423. Alii fictores virginum Vestalium iique viri egregii sunt infra N. 4936 et C. I. L. VI 2134 idemque ib. 32419 (= Bull. comunale 1884 p. 3, 699), cf. infra not. ad N. 4934, fictor virginum Vestalium loci secundi infra N. 4933. Cf. etiam N. 3314.*

**4927** Terentiae | Flavulae | v. V. | max., sorori, | Terentius Genti[us] fl. Dialis, v. c., pr. | tut., cum Pomponia | Paetina uxore et | Lolliano Genti[us] | filio frat[ris].<sup>1</sup>

*Romae, nescimus quo loco rep. (VI 2144 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) fratribus Ligorius.*

*Ad eandem Terentiam Flavolam pertinent tituli supra N. 1155, et VI 2130; ex hoc apparet eam Vestalem maximam fuisse a. 215. Praeterea memoratur in actis ludorum saecularium anni 204, nondum virgo maxima sed maximae proxima (Eph. ep. 8 p. 267 not. 2).*

**4928** Campiae Severinae v. V. max. sanctissimae, cuius sinceram pudicitiam senatus comprobata aeterna laude publice cumulavit, Q. Vetu-